



V. I. D.
FRANCISCI
BARONII
PANHORMITANI
TRACTATUS
DE
CITATIONE

TRACTATUS

DE

CITATIONE

V. I. D.

FRANCISCI BARONII

PANHORMITANI

OLIM PVBLICE IN PATRIA IVRA
INTERPRETANTIS,

ET MODO IN SVPREMIS SICILIAE REGNI
Tribunalibus Aduocati.


*Opus quippè tum Iur dicentibus, causarumque Patronis, tum etiam Procuratoribus,
perutile, ac necessarium. In quo Quaestiones ferè omnes quotidianæ,
& in dies occurrentes accuratè explicantur.*

Cum Indice Quaestionum, rerumque omnium memorabilium Copiosissimo.



PANHORMI, Typis Nicolai Bua, & Michaelis Portanoua. MDCXLV.

SVPERIORVM PERMISSV.



ILLVSTRISSIMO, ATQVE DOCTISSIMO DOMINO

D. ALFONSO AGRAZ
HISPANO

ADVOCATO FISCALI TRIBVNALIS REGII PATRIMONII
REGNI SICILIAE,

ET AD MVNVS REGENTIS SVPREMI ITALIAE CONSILII
Per idem Regnum euecto,

V. I. D. Franciscus Baronius S. P. D.



CVM sæpè mecum ipse perpenderim, Illustris. Alfonse, Legum præcipuum munus esse, Ius suum vnicuique tribuere, quod ab actu exercito Iudicij pendet: Id autem nullatenus præstare Iudex possit, nisi prius fuerit informatus: neque informari satis queat, nisi eorum prius, quorum causa discutitur, auditis rationibus: Vnde Deuter. cap. p. præcipit Deus (audite illos, & quod iustum est iudicate) neque ij semper præstò sint, sed oporteat citari, vt compareant, si quid habent pro sua defensione dicturi; Hinc profectò caput mihi in animum cogitatio irreperit, aliquem scilicet efficiendi de Citatione Tractatù; quandoquidem Citatio ordine executionis prior est respectu iudicij: quis enim de rebus ignotis rectum feret Iudiciù & neque aliorum causa satis innotescere valet, nisi iidem ipsi, quorum est causa præsentibus per Citationem reddantur, ad informandum Iudicem. Quapropter iure optimo Prudentes Legum Latores, scientes quam utilis, ac necessarius ad rectam cognitionem, rectumque Iudicium ferendum, sit Ordo, qui in rebus omnibus, naturalibus, artificialibus, & moralibus, quam maximè enitere conspicitur, prius Litigantes ad se per Citationem accersere decreuerunt, quam, in consultis partibus, iudicare. In cunctis, inquam, Ordo splendet; & primò in Naturalibus: non nè enim Bonum Vniuersi in Ordine Totius in se, & singularum partium inter se, consistere, luce ipsa meridiana clarius extat, vt ex Phylosophorum Prothogymnasyarchæ 12. met. tex. 52. habetur? Porro quid esset Vniuersum, Ordine expulso, nisi Confusio & Chaos? Meritò ergo idem 8. Phys. tex. 15. docet, Nihil inordinatum esse eorum, quæ secundùm Naturam sunt: ipsa enim est Ordo rerum. Quinimò in ipso Epilogo Vniuersi, puta in Homine, non nè mirus emicat Ordo naturæ, quo membrorum compages tam sedulò connectuntur? Ars pariter Naturæ sempiterna Emulatrix nulla sanè re magis, quam Ordine sua opera perficit: quando ex partibus concinnè dispositis Opificia emergunt omnibus

TRACTATUS

DE

CITATIONE,

V. L. D.

FRANCISCI BARONII

PANHORMITANI,

OLIM PVBLICE IN PATRIA

IVRA INTERPRETANTIS,

ET MODO IN SVPREMIS SICILIÆ REGNI

TRIBVNALIBVS ADVOCATI.

SVMMARIVM.

- 1 **P**incipium dicitur pars potissima uniuscuiusq; rei.
- 2 Qui bene capit, plusquam dimidium habet.
- 3 Principium cęsetur diuinum.
- 4 Citatio est de iure diuino.
- 5 Deus citauit Adam, antequam condemnaret.
- 6 Defensio dicitur sublata, si citatio omittatur.
- 7 Citatio est etiam de Iure naturali.
- 8 Defensio est de iure diuino, canonico, naturali, gentium, & civili.
- 9 Citatio necessaria est in omni actu, in quo quis leditur.
- 10 Citatio adeo necessaria est, tanquam competens ex defensione naturali, ut partes illi renunciare non possint.
- 11 Renunciare, an quis possit defensionibus suis, maxime in Criminalibus.

QVÆSTIO PRIMA

De Origine Citationis.



- 1 **Q**VIA uniuscuiusque rei potissima pars dicitur principium l. i. ff. de orig. iur. Mastrill. de Magistrat. in prelud. num. 1.
- 2 & qui bene capit, plusquā dimidium habet Aristot. i. Ethic.
- 3 & Plato dicebat principium cęseri, & esse diuinū operepretium duxi citationis originem demonstrare, cū inconueniēs

A sic